

# In Laudibus

## 14. Exórtum est in ténebris

Cantoral IV, f. 14r  
Breviarium, f. 316r

Ps. 111: 4



Mt 22: 23-32

1. (Mt 22: 23) Accessérunt ad Jesum Saducaei, qui dicunt non esse resurrecti<sup>o</sup>em: \*et interrogavérunt *eum dicé*ntes.
2. (Mt 22: 24) Magister, Móyses **dixit**: \*Si quis mórtuus fúerit, non habens **filium**, \*frater ejus ducat uxórem illius, et súscitet semen **fratri suo**.
3. (Mt 22: 25) Erant autem apud nos septem **fratres**: \*et primus, uxóre ducta, **defú**ctus est: \*et non habens semen, reliquit uxórem suam **fratri suo**.
4. (Mt 22: 26-27) Simíliter secúndus, et tértius usque ad **septí**mus: \*Novíssime autem ómni<sup>u</sup>m, et **mú**lier **defú**cta est.
5. (Mt 22: 28) In resurrecti<sup>o</sup>ne ergo, cujus erit de septem **uxor**? \*omnes enim habu<sup>er</sup>unt eam.
6. (Mt 22: 29) Respóndens autem Jesus ait **illis**: \*Errátis, nesciéntes Scriptúras, neque virtútem **Dei**.
7. (Mt 22: 30) In resurrecti<sup>o</sup>ne enim, nec nubent, neque nubéntur, \*sed sunt sicut **Ángeli Dei in caelo**.
8. (Mt 22: 31) De resurrecti<sup>o</sup>ne autem mortuórum, \*non legístis, quod dictum est a Dómino **dicé**nte nobis.
9. (Mt 22: 32) Ego sum Deus **Ábraham**, \*et Deus **Ísaac**, et **Deus Jacob**.
10. (Mt 22: 32) Non est Deus mortuórum, \*sed vivéntium.
11. Réquiem aetérnam det tibi **Dóminus**: \*Et lux perpétua lúceat **tibi in aetér**num.

Antífona: Exórtum est in ténebris.